Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Inexcusabil' es o homo qui iudicas. In quo enim iudicas alterum te ipsum condempnas. Eadem enim agis que iudicas. Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum veritatem super eos qui talia agunt. Existimas autem o homo qui iudicas eos et facis ea. quoniam tu effugies iudicium dei. An divitias bonitatis eius et patientie et longanimitatis contemnis. ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit. R. Benedicam dominum in omni tempore. semper laus eius in ore meo. V. In domino laudabitur anima mea audiant mansuetti et letentur. semper. Lectio. secunda. Secundum duriciam tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei. qui reddet unicuique secundum opera eius. His enim qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem querentibus vitam eternam. His autem qui non acquiescunt veritati credunt autem iniquitati. ira indignatio. tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum retribuetur. R. Delectare in domino et dabit tibi peticiones cordis tui. V. Revela domino viam tuam et spera in eo et ipse faciet. Alleluia. V. Gloria et honor et pax omni operanti bonum iudeo primum et greco. non est enim personarum acceptio apud deum. Quicumque enim sine lege peccaverunt sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccaverunt. per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum sed factores legis iustificabuntur. R. Auribus percipe domine lacrimas meas. Ne sileas ame remittere in omni mora ego sum apud te et peregrinus. V. Dum autem diam vias meas ut non delinquam in lingua mea. Ne sileas. In. ij. Sj. ant. Alleluia. In quadragesi. ant. Et non de